¶ Per quos mire facte ſunt voluntates dei ſaluatoris. quando illis obedientibus. ꝛ iuſſa chriſti facientibus.

non decipit: qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram ꝛ mūera ſuꝑ innocētes non g accepit. Qui facit hec: non mouebiẗ ineternū.

Tituli inſcriptio ÷ ipi:· dđ. ¶ Xp̄s ꝑ hūanitate ſuſcepta a patre ſe conſeruari petit. eiq; gratias refert ꝙ ſua potentia iniquitatem huius ſeculi ſuꝑauit ꝛ poſt reſurrectōnis gloriā in delectatōib⁹ dextere ſue eū collocauit. Pſal. xv.

a Onſua me dñe quoniam ſ̄ꝑaui in te: dixi dño đs me⁹ es tu. quoniam b bonoꝝ meoꝝ nō eges. Sā ctis q̄ in terra ſūt ei⁹: mirificauit ✱ omnes:· volūta c tes meas in eis. Multiplicate ſunt infirmitates eoꝝ: d poſtea accelerauerūt. Non cōgregabo cōuēticula eoꝝ de ſanguinibus: nec mēor ero noīuz eoꝝ ꝑ labia mea. e Dñs ꝑs hereditatis mee ꝛ calicis mei tu es q̄ reſtitues

c R. Multiplicati ſunt gentibus infirmitates. i. idola que (domino veniente in carne) relinquentes celerrime ad euz ſunt reuerſi. habz em̄ hebraica veritas. multiplicata ſunt idola eoꝝ

d ¶ Quas gentes dicit non ſanguine pecudum aut victimarū conſuetudine congregandas. ſed immolatione corpis ꝛ ſanguinis xp̄i. Non fuit ergo memor xp̄s nominum illoꝝ quibus prius nominabanẗ dicti filij ire. filij dyaboli. ſ; nouoꝝ nominum memor eſt. quibus dicuntur nunc xp̄iani ꝛ filij dei. Labia xbo xp̄i duo teſtamenta ſignificant quando vtraq; regnū dei p̄dicāt ꝛ in vnius ſoni ꝯcordia ſicut labia tempanẗ.

e ¶ Pars hereditatis ꝛ calicis dñs eſt Dicit filius ad patrez. non deitate mīor. ſed humanitate ſubiectuſ eſſe patrem partē hereditatis ſue ſcilicz in fide gentium patri ꝛ filio credentium.

¶ Calix voluntatem ac diſtributionez domini ſignat. Reſtitues autez dixit qm̄ faciēte dyabolo pierat genus hūanum.

R. Ipa hereditas reſtituta eſt. quando electos ſuos ad immortalitatem attraxit. ¶ Dicta eſt autem hereditas ab hero. i. domino.

f ℞ Funes: p̄triarchas ⁊ ꝓp̄has ⁊ apoſtolos vel quoſcū̄qꝫ aduocauerit. xp̄s ſignat. q̄s ille recipit. in p̄claris. i. in optimis. ¶ Hereditas xp̄i: eſt multitudo ſctōꝝ. q̄ p̄clara dicit̄ xp̄o. lꝫ ab ſeculi hoībus deſpiciat̄. qꝛ ab eo electa. Cecidiſſe dixit pro veniſſe.

in ſpe reſurrectionis. vt vbi caput p̄ceſſit ⁊ membra ſequātur. qm̄ ⁊c̄. ¶ Uel intelligitur de carne hoīs xp̄i quā ꝓ noſtra ſalute ſuſcepit. que in ſepulchro q̄euit. in ſpe reſurrectōis die tercia facte.

g ¶ Bn̄dicit filius p̄ri. ſm hūanitatē tribuenti ſibi intellectū. quo oīa vera ſctāqꝫ cernebat. ne ſibi hūana infirmitas. aliq̄d ſine gr̄a patris applicaret. ℞ Nox ſignificat tēpus paſſionis. ¶ Renes vo cognationē ſignificāt iudeorum. de q̄ xp̄s: ſm carnē naſcebat̄. a quib⁹ frequēter ⁊ vſqꝫ ī mortem increpat⁹ eſt ℞ Uel renes. i. delectationes carnis tunc increpāt: q̄ſi ſtimulant vt peccet̄. ⁊ ita eſt vox iſta nō capit' ſ; mēbrorum xp̄i vel capitis ꝓ membris. h ¶ Nā qui dn̄m ſemꝑ intuet̄ oculis mentis: nullatenus ad delicta conuertitur. dicit aūt cauſam cur nō moueatur quoniā a dextris ē dominus. ſiquidē a dextris dn̄o adiuuāte: ſiniſtra nō preualēt nocere. q̄ ſi dn̄s dexterā ꝑtē nō tenuerit: ſtatim eam diabolus occupabit i ¶ Propter h̄ q̄ ille a dextris. ſ. aſtitit: ⁊ in corde ſuo iocūditatē ⁊ exultatōeꝫ lingue ſibi eſſe teſtatur. ℞ Caro: eccl'iam ſignificat. que requieſcit ad tp̄s i' ſpe future reſurrectiōis. Eccl'ia eñi ē caro xp̄i. ideo xp̄s loq̄tur. eccl'ia q̄ eſt caro mea: mō requieſcit

f hereditatē meā mihi. Funes ceciderūt mihi in p̄claris: eteni hereditas mea preclara eſt mihi. Bn̄dicā do
g minū qui tribuit mihi intellectū: inſuꝑ ⁊ vſqꝫ ad noctē increpuerūt me renes mei.
h Prouidebā dn̄m in conſpectu meo ſꝑ: quoniā a dextris
i eſt mihi ne ꝯmouear. Propter hoc letatū eſt cor meū: et exaltauit lingua mea ÷ inſuper :· ⁊ caro mea requieſcet
k in ſpe. Qm̄ nō derelinq̄s aīam meā in inferno: nec dabis ſanctū tuū videre corru
l ptionē. Notas mihi feciſti vias vite: adimplebis me leticia cū vultu tuo: delectationes in dextera tua ÷ vſqꝫ :· in finem.

Oratio dauid. Trifaria orō ab hūanitate xp̄i ī hoc pſalmo depromit̄. Primo ſm iuſticiā ſuā ſibi petit debere reſtitui. Scd̄o vt a iudeoꝝ inſidijs eius puritas liberetur. Tertio reſurrectionem velociſſimā deprecat̄ ne inimicis diuti⁹ liceat inſultare. Pſal. xvi.

a Exaudi dn̄e iuſticiam

k ¶ Ecce fili⁹ gr̄as agit patri. qꝛ ei⁹ aīa nō ſit more cōi in inferno derelicta. ſ; clarificata celeri reſurrectōe. Hic corruptōem. i. putredinē iuſte negat fieri q̄ carnē cōſumit ad hūanam. Caro eñi xp̄i nō potuit corrūpi in ſepulchro l ℞ Uox iuſtoꝝ. notas mihi feciſti. i. me cognoſcere feciſti mādata chriſti. Tunc erit plena leticia: cū adunatū fuerit corpus. i. eccleſia ī regno dei. vbi ſpeculat̄ vultus dei. ¶ In dextera ſua dicit. q̄nia nullatenus a p̄ria cōtēplatiōe diſceſſit. Finis ſignificat ꝑfectōeꝫ atqꝫ eternitatē. vt vſqꝫ in finem. i. ꝑfecte et eternaliter. Orō

Onſerua dn̄e ſperātes in te. ⁊ efficevolūtates tuas nobiſcū. vt clarificati leticia reſurrectōiſ tue mereamur a dextris tuis cū ſanctis oībus delectari. Per dn̄m.

℞ Oratio dauid. iſte pſalm⁹ cantat̄ cōtra iudeos ex perſona xp̄i. vel contra hereticos ex ꝑſona eccleſie. a ¶ Uox xp̄i in paſſione. ⁊ vox eccleſie in tribulatione. ⁊ xp̄s petit exaudiri iuſticiā ſuam. Quia obediens fuit patri vſqꝫ ad mortem. Inter deprecationem ⁊ orationem differētia eſt. Oratio ſanctior eſt. que fit

pro deuotis vt ꝑſeuerent. Depcatio ꝟo ꝓ ſuis pctis vel alienis. vel aliq̄d forti⁹ eſt depcatio q̄ʒ oro b R. Orat em̄ fili⁹ (ex infirmitate carnis. nō ex diminutiōe deitatis) vt exaudiat qđ rogat. Nō in labijs doloſis. ſicut eſt oratio coꝝ qui me iniq̄ue damnāt ⁊ meos. vt ſunt iudei. C A iudeiſ. n. manauit falſa ſentētia apud quoſ innocens damnat⁹ eſt ⁊ latro cognoſcit abſolut⁹ c C De vultu tuo prodeat iudicium. Inuſitata locutio eſt. quia de mente ſolʒ venire ſententia non de vultu. ſed hoc chriſto cōuenienter aptat quia ille quod iudicat videt. qui ſolus oīa ſecreta cognoſcit. oculi mei videant equitatem. Hic equitatem: ipam diuinitatē ſignificat. quam ipe filius ſemꝑ videt. qui equalis eſt patri. Sic alia littera habet. Noſtra habet oculi tui. ⁊ tunc equitas nō diuinitatē ſed merita xp̄i ⁊ iudeorum ſignificat.

d C Probatio hic ſignat paſſionē. quando inter pericula mortis optima documēta patientie oſtēdit. viſitatio reſurrectōeʒ. viſitatus eſt nocte. quādo anima eius in inferno nō eſt derelicta. Igne examinatus id eſt tribulatione paſſionis. Non eſt inuenta iniquitas in illo. quam aduſtio nulla decoqueret. e C Vie dure ſunt. quas debent homines imitari. quibus iter viciorum leue eſt. Nā cuʒ peccata vitantur. homini vie dure ſunt. quas vias immaculat⁹ peccatis chriſtus ābulauit M Vel vie dure dicūtur opa hoīm quae. ſ. merētur opera hoīm opera em̄ mala ſunt opa hoīm, nō dei. illa autē

meā: intēde depcationē meam. Aurib⁹ ꝑcipe orōnem b
meā: non in labijs doloſis.
c De vultu tuo iudiciū meū
ꝓdeat: oculi tui videant eq̄
d tates. Probaſti cor meū ÷
et :· viſitaſti nocte igne me
examinaſti. ⁊ nō eſt inuenta
e in me iniq̄tas. Vt non loq̄
tur os meū opa hoīm: pro/
pter ꝟba labiorū tuoꝝ ego
f cuſtodiui vias duras. Per
fice greſſus meos in ſemitis
tuis: vt nō moueant veſti/
g gia mea. Ego clamaui q̄ni
am exaudiſti me deus: incli
na aurē tuam mihi ÷ et :· ex
h audi verba mea. Mirifica
miſcdias tuas: q̄ ſaluos fa/
i cis ſperātes i te. A reſiſtēti
bus dextere tue cuſtodi me
k vt pupillā oculi. Sub vm/
bra alaꝝ tuaꝝ ꝓtege me: a
facie impioꝝ qui me afflixe/

merentur penā quā chriſtus ſuſtinuit. f C Petit ergo xp̄us greſſus ſuos cuſtodiri. i. actus humanos fidelium ſuoꝝ membroꝝ in ſemitis. i. in mādatis ſuis ꝑfice id eſt fac ꝑſeuerare. Veſtigia. ſunt ſigna plantarum. que ſignificant apoſtolos. pro q̄bus petit xp̄s vt ſe imitātes nō moueātur a patre. M Vel veſtigia ſunt doctrina ſua ab eo relicta poſt aſcēſionē quā peti nō moueri que ita firmata ē vt etiā celū terraq; trāſibūt. verba autem xp̄i non. g C Ego clamaui Ideo xp̄s clamauit ad patrē. i. orauit. q̄niā conſiderer ſuam orōneʒ exaudiri a patre ſciebat. Inclinari autē petit. quoniam ad eū nō valet humana infirmitas ꝑ ſe ꝑuenire. tūc exaudit cū ſe benignū indulſerit.

h R. Tūc mirificauit miſcdias pr̄ ſuas. qn̄ per apl'os ⁊ ceteroſ ſctōs infirmitates indigentiū curauit.

C Saluos facis. i. i eterna vita conſtitues ſperantes in te.

i C Dextera em̄ patris filius ē. cui iudei reſiſtere. i. repugnare auſi ſunt Pupilla em̄ pars eſt oculi. qua diſcernimus qualitates rerum. dicta a paruitate quaſi puſilla. Cui comparatus eſt chriſtus. qui in ſuo iudicio iuſtos a peccatoribus ſegregando conſpicit. Aptiſſime ſe petit cuſtodiri vt pupillam. cum per ipam res viſuales diſcernimus ⁊ in noſtro corpore nil preſtantius inuenitur.

k C M Vel ſūt patris: miſericordia et charitas. quibus ſe protegi ſancta dei eccleſia expoſtulat. C A facie impiorū demones ſignificat ⁊ ſeq̄ces eoꝝ q̄ ar/

doꝛē inſidiaꝝ in necē dñi vel in ſctōs cu mulabāt. facies inſtātiā impioꝝ notatvl' ipoꝝ truculētā pñtiā. l ℂ Inimicos iudeos dicit. Aliaꝫ vitā tꝑalē quā arripe voluerūt. cū eū gladijs ꝛ fuſtibus circū dederunt. Cōcludunt adipē q̄ multa voꝛacitate pingueſcūt. ſic iu dei ſceleꝝ nimietate ī craſſati. locuti ſunt ſu perbiam ꝯ xp̄m impij. m ℞ Uel ꝯ eccleſiam. ℂ Sua mala facta defendēdo.

m ℂ Pꝛoijciētes. ſ. xp̄ꝫ extra ciuitatē. Circūdederūt nō obſedo. ß furoꝛe in cruce. Ocu los mali declinant in terrā. q̄ñ mala cogitatione aliq̄ in mēte volūt. ℞ Uel oculos in terrā ſtatuerunt de clinare q̄ñ de terrenis cogitabāt. ꝛ de celeſti bus nō meditabant̄. n ℂ Suſceperunt me. i. iudei a pilato q̄ñ dixit. tollite eū ꝛ cruci figite. leo dyabol⁹ intelligit̄. cui hic iudei merito compant̄. cum etiam eo peioꝛes viſi ſint q̄m ille fuit auſus dñm tētare. iudei autē dñm crucifigere. Catulus leonis reliquuꝫ populum iudeoꝛuꝫ ſignat. qui ſe dyaboli filios effecerunt. Habitās in abditis. i. in inſidijs occultis. maloꝛum eñ hominum cōſuetudo eſt mala vota tegere. vt ſic conſilia eoꝛum poſſint ad effectum venire.

o ℞ Uox xp̄i ad patrem vt pꝛeueniat anime ſue ne lederet̄ a pꝛincipe dyabolo ꝑuenitq; eū poteſtas diuinitat̄ ꝛ alliga uit ꝛ ad infernuꝫ ꝑduxit. ℂ Framea. mō contū. mō loꝛicā. mō gladium ſignificat bis acutū. q̄ tñ oīa ad inſtrumēta armoꝝ certū ē ꝑtinere. ℞ Framea. ē eñ p̄ris. aīa ſaluatoꝛis. q̄ñ p ipm dyabolū vicit. ℂ Sūt eñ diaboli iunici man⁹ dñi q̄ hūanū genus ꝯ volūtatē dñi ſp puerſa volūtate dilacerāt. p ℂ Pꝛecat̄ etiam p̄rēꝫ filius. vt diuidāt̄ creduli a paucl̄. i. ab ap̄lis vt ꝯuerāt̄ ad dñm de terra. ſ. huius mūdi vicioſa. In vit a eoꝝ. i. in mundo iſto. vbi pñie locus ē vt in xp̄m crederēt. De abſcōditis tuis. Dē pec catū illi abomiabile ē atq; a ꝯſpectu eius q̄ſi abſconditū. q꞉ extra neū ē illi. inde dic̄. ad impletū eſſe ventrē. i. ſenſum increduloꝝ. ñ ℂ Uel diuide iu deos a terra eoꝝ ī vniuerſum oꝛbē. ꝛ ħ in vita illa eoꝝ quā ſolā ſuam putāt. de et̄na deſperantes. In futuro aūt quid tūc erit.

q ℞ Saturati ſūt filijs. ſ. iudei q̄ in ꝯpere atōe filioꝝ multiplicati ſūt. ꝛ reb⁹ ſeculi. Et miſerūt reliq̄as maledictōīs. ħ ē vindictā illā quā merebant̄ dicētes. ſanguis ei⁹ ſup nos ꝛ ſup filios nr̄os reliq̄rūt filijs ſuis. q꞉ illi ſicut p̄res excecati diſperſiq; ſunt.

r ℂ Apparere ſe dicit in ꝯſpectu p̄ris cū iuſticia. q̄ñ eius volūtatē impleuerat. Satiaboꝛ de hūani generl̄ credulitate q̄ñ nūerus ſctōꝝ eſt ſupplendus. Gloꝛia patrl̄ manifeſtat̄ in iudicio dñi ſaluatoꝛis cuꝫ vnuſquiſq; recipiet ꝓ actibus ſuis.

Oꝛatio.

Conuertere dñe ocl̄os coꝛdis noſtri ad cernendā tui iudicij veritatē. vt dū ħ igne ſpiritali ꝓbamur. de tuis inef nū ꝯſpectib⁹ cū frctū iuſticie ſatiemur. p.

l runt. Inimici mei animam meā circundederūt: adipē ſuuꝫ concluſerunt: os eoꝝ

m locutuꝫ eſt ſuperbiā. Pꝛoijcientes me nunc circūdederunt me: oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terraꝫ.

n Suſceperunt me ſicut leo paratus ad pꝛedaꝫ: ꝛ ſicut catulus leonis habitans in

o abditis. ÷Ex:· ſurge dñe pꝛeueni eū ꝛ ſupplanta euꝫ eripe animā meaꝫ ab ipio: frameā tuā ab inimicis ma

p nus tue. Dñe a paucis de terra diuide eos in vita eoꝛuꝫ: de abſconditis tuis ad impletus eſt venter eoꝛuꝫ.

q Saturati ſunt filijs: ꝛ dimiſerunt reliquias ſuas par

r uulis ſuis. Ego ÷āt:· in iuſticia apparebo in cōſpectu tuo. ſatiaboꝛ cum apparuerit gloꝛia tua.

In finem puero dñi dauid. qui locutus ē ad dñm

Totus hic pſalmus ſub ꝑſona dauid ad xp̄m ꝑtinet. q̄ eſt finis. ⁊ puer vocitatus. ⁊ manu fortis. qḋ dauid ſonat. Cāticū ad ꝯtēplatōez celeſtiū rex̄ ꝑtinet.
a ¶ Diligit dn̄m q̄ mādatis eius obtꝑat. Diligo ꝺ̄ī quaſi de oībus eligo. Recte ꝯfitet̄ dn̄m eſſe ſuā v̄tutē quo donāte fortior factus ē dauid ſuis inimicis. Pulcre oñdit ꝓpheta q̄s eius ſit dominus. ſingulis em̄ diuerſiſq̄ v̄bis p̄dicando. declarat q̄d ſit dominus. q̄ eſt m̄o v̄tus m̄o firmamētū. m̄o refugiū. m̄o adiutor. m̄o ꝓtector. m̄o liberator. m̄o cornu ſalutis. que oīa xp̄s eſt ecclie.
b ¶ Nā ſperare de futuro ſp̄aliter ſe dicit qui eū in p̄teritis ſenſerat adiutorem.
c R. Protector meus. q̄ꝛ nec ꝓtegis nec defendis. Cornu ſalutis. q̄ꝛ infirmitatē confortabas. ¶ Ad inimicos diſſipandos. Cornua em̄ arma ſūt beluax̄. q̄bus ſalutem ſuā ſolerti ꝯcertatōne defendūt. Suſceptor meꝰ. R. Q̄m ſuſceptus ē xp̄s a p̄re.
d ¶ Laudantem ſe dicit inuocare dn̄m. ⁊ ipi vniuerſam ſuā victoriā tribuere (nō ſibi) q̄ dignatus eſt cūcta p̄ſtare. Et ideo ab inimicis saluū ſe faciēdum dicit. q̄ꝛ victoriā ſuam nō ſibi videbat̄ applicaſſe ſ3 dño. Naz qui aliter facit vicijs ſuis captiuus reddit̄ q̄uis hoſtes ſuperaſ-

verba cantici huius. in die qua eripuit eū dn̄s de manu oīuz inimicox̄ eius. ⁊ de manu ſaul ⁊ dixit. ¶ Propheta dño gratias agit. q̄ꝛ euz de grauibus periculis liberauit. loquiturq̄ ecclia q̄ ante aduentū dn̄i innūeras pertulerit calamitates: vox etiam chriſti inducitur vbi virtus eius poteſtaſq̄ deſcribit̄.

## Pſalmus. xvij.

a Diligā te dn̄e fortitudo mea: dn̄s firmamētū meū ⁊ refugiū meū ⁊ li-
b berator meus. Deus meus adiutor meus: ⁊ ſperabo in
c eū. Protector meus ⁊ cornu ſalutis mee: ⁊ ſuſceptor
d meus. Laudans inuocabo dn̄m. ⁊ ab inimicis meis ſal-
e uus ero. Circūdederūt me dolores mortis: ⁊ torrētes iniquitatis conturbauerūt
f me. Dolores inferni circūdederūt me: preoccupaue-
g runt me laquei mortis. In tribulatione mea inuocaui dn̄m: ⁊ ad deū meū clama-
h ui. ÷ Et :- exaudiuit de tēplo ÷ ſancto :- ſuo vocē meā ⁊ clamor meus in cōſpectu eius introiuit in aures eius

ſe videatur.
e R. Circūdederūt xp̄m. qui in inferno gemebant. Turrēs d̄ī fluuius excitatus hybernis imbribus. ⁊ ſignificat turbam iniquox̄ rapidā ad iniq̄tatē. qui ꝯturbant eccleſiā. ⁊ more terrētis hyeme tribulatōis intumeſcūt. ſ3 adiuuante dño cito deficiunt ⁊ defluūt.
f ¶ Fiat. iſtius v̄ſiculi talis eſt ordo verbox̄. Circūdedert̄ me dolores inferni. ⁊ de paganis dicit. q̄ erunt dolores inferni. i. qui in inferno debito dolore torquendi ſunt. Preoccupare Dauid ſe dicit laqueos mortis. i. reatus originalis peccati. q̄ nos ab ipo ꝯceptu facit obnoxios priuſq̄ naſcamur in mundum.
A Vel xp̄s in ꝑſona membrorum ſuox̄ loquit̄ hec.

g R. Hūanitas inuocauit diuinitatē in paſſiōe. ⁊ ecclia xp̄m. ¶ Clamare aūt plus eſt q̄ inuocare. Cernit ſermo. ꝓgrediēte deſiderio. ⁊ accenſus animus ꝓſiliuit audius in clamorem
h R. Templū. corpꝰ dñicū. vbi exaudita eſt hūanitas a diuinitate. ¶ Clamor iſte. cauſe iuſticia ē. q̄ ad deuz intrare poterat. q̄ꝛ ꝓ mūdi cladibus ſupplicabat.

i ¶ Nūc ꝓpheta ab incarnacionis ſe-
creta ꝑuenit. ordineq́ꝫ ipm mirabili nar-
ratione deſcribit. R Cōmota eſt terra
qn̄ terreni de infidelitate in aduētu chri-
ſti ad fidē venerūt. ⁊ ꝯtremiſcūt pctā ſua
¶ Fūdamēta mō-
tiū. ſignificat p̄ſūptio
nes ſupboꝝ. i. diuitiaſ
vel honores. ceteraq́ꝫ
hūana q̄bꝰ illi īnitūť
Iratus ē eis deus. q̄a
vicia humana ꝓbanť
dn̄o eſſe exoſa
k ¶ Fumus hic in
domo poſitꝰ eſt. q̄ ſuc
cenſus ꝓfudit lachry
mas pn̄ie. Ira eiꝰ con
turbationē ſignat ti-
moris futuri iudicij q̄
cōturbantur a deo pec
catoreſ. vt ad remediū
pn̄ie ꝑducātur. Ignis
eſt charitas dei q̄ egre
ditur a facie dn̄i. quo-
niā ipius illumīatiōe
eis ꝯcediť charitas. q̄
peccare dimittūt. Car
bones ſuccēſos pecca
tores dicit q̄ velut car
bones mortui erāt pri
us peccādo. iteꝝ reui-
uiſcūt ſuccēſi igne pe-
nitētie Quō aūt ſuccē
ſi ſint carbones mor-
tui ſequētur. docet ſcꝫ veniēte dn̄o redē
ptore qꝛ inclinauit ⁊c̄. l R Celi id eſt
angeli ſunt inclinati. qn̄ Gabriel ad ma-
riam venit. Et deſcēdit ſcꝫ xp̄s. i. venit ī
carne. Caligo eſt ꝓfunditas ſcripturarū
quā dedit deus pedibus. i. apoſtolis. vel
ceteris ſanctis. ¶ Vel caligo diabo-
lus ē. qꝛ mentes obnubilat. m ¶ Che
rubin interp̄tatur plenitudo ſciētie Aſcē
dit ſup cherubin xp̄s qn̄ videntibꝰ apo-
ſtolis celos ꝯſcendit. Volauit. i. ꝑ mun-
di ſpacia eius fama velotior vento cu-
currit. qn̄ ipo in cunabulis iacēte. magis
eum ſtelle claritas nūciauit Quid eīn di
ci pōt velocius eo. qꝛ mox vt natus ī alia
mūdi ꝑte ꝯſpectus eſt. Tūc ergo ſuꝑata
eſt celeritas ventoꝝ q̄uis in mūdo nihil
velocius eis eſſe monſtreť. n ¶ Te-

i Cōmota eſt ⁊ ꝯtremuit ter-
ra. ⁊ fundamēta mōtiū con
turbata ſunt ⁊ ꝯmota ſunt.
k q̄niā iratus eſt ÷ eis ⁘ Aſcē
dit fumꝰ in ira eius ⁊ ignis
a facie eius exarſit carboneſ
l ſuccēſi ſūt ab eo. Inclinauit
celos ⁊ deſcēdit ⁊ caligo ſb
m pedibꝰ eius. Et aſcēdit ſuꝑ
cherubin ⁊ volauit ÷ vola-
uit ⁘ ſuꝑ pennas ventoꝝ. ÷
n Et poſuit tenebras latibulū
ſuū. in circuitu eiꝰ taberna-
cul eiꝰ: tenebroſa aq̄ in nu-
o bibꝰ aeris. Prefulgure ī cō-
ſpectu eiꝰ nubes trāſierunt.
✱ grādo ⁊ carbones igniſ ⁘
p Et intonuit de celo dn̄s: al
tiſſimꝰ dedit vocez ſuam ✱
grando ⁊ carbones ignis ⁘

nebras. myſteriū dicit eius incarnatiōis
vt qui in deitate ſua videri nō poterat ve
lata carne humana. redemptor nr̄ appa-
reret. Latibulū ſecretū maieſtatis eiꝰ ſi-
gnificat qđ nūc reuelat iuſtis. qn̄ eum fa
cie ad faciem videbūt
in gloria. In circuitu
ꝓximitatē ſignat tab
nacli. i. dignitatē btō
rū ſctōꝝ vt in celo iux
ta ipm habitent. q̄ in
eius eccleſia fideliter
ꝑſeuerant. Aquā: ſcri-
pturā dicit. que eſt te-
nebroſa id eſt obſcura
in ꝓphetis in p̄dicato
ribus verbi. qꝛ ⁊ ſi di-
cta eoꝝ ſe quis putet
intelligere. tn̄ ad ipaꝫ
dictoꝝ virtutē ſicuti ē
totaliter vix pōt ꝑue-
nire. o ¶ Preful
gure ntūs pluralis rn̄
det ad nubes. Nubes
ſunt p̄dicatores diui-
ni verbi. Et eſt ſenſus
Ille nubes que aquā
continent dei. i. eloq̄a
diuina. ſicuꝫ in hoc ae
re tenebroſe. i. obſcu-
re videntur. ita in con
ſpectu dī p̄fulgure ſūt
id eſt p̄lucide. qꝛ vbi
oīa p̄clare patent q̄
hic ſunt obſcura. Trāſierūt nubes id eſt
predicatores ad gentes relicto iſraheli-
tico populo. Grando hoc eſt increpatio
predicantiū. quibꝰ corda incredulоꝝ ſti
mulātur. Carbones ignis. charitatis in
cendia. quibꝰ mens fideliū reuiuiſcit.
p ¶ Intonuit vox oīpotētis pr̄is eſt
clarificaui ⁊ iterū clarificabo. Unde mul
ti crediderūt tonitruū eſſe. Altiſſimꝰ de-
dit vocem ſuam qn̄ dixit. hic eſt filiꝰ me
us dilectus ⁊c̄. R Vel intonuit domi
nus ꝑ apoſtolos ⁊ p̄dicatores minis. q̄
ſunt de penis eternis. ⁊ ꝑ eoſdem dedit
ſuauem vocez que eſt de premijs eternis
quia nubes tranſierūt cōminando ſup-
plicia eterna nō credentibus. premia q̄ꝫ
eterna credentibꝰ promittēdo.

q ℂ Sagittas.euãgeliſtas dicit.ꝟtu tũ pẽnis.nõ ſuis ſed eius a quo miſſi ſũt recta itinera trãſuolantes. Eos diſſipa/ uit.ad quos miſſi ſunt.i.ſepauit.fideles recipiẽdo ĩpſos abijciẽdo. Fulgura mł/ tiplicauit hoc eſt mira cula multa fecit.

etiam ſeuiſſima īſecutione preſtare

x ℂ Preuenerũt pſeudo apoſtoli:pre dicatores xp̃i.conãtes ſubuertere corda ſimplicium. In die afflictionis.qñ mar/ tyria xp̃iani ſuſtinuerũt. Ideo deus pro tector.quia homo ex/ titit impugnator.deuſ eñ eccleſiã in pſecuto ribus protexit.

I. Cõturbauit.qꝛ p miracula apl'oꝝ ꝯpun cti ſunt ad penitẽtiam

r I. Fontes apl'os dicit. ℂ Qui aq̃s .i.p̃dicamĩta etñe vite ore fundebant.

I. Fũdamẽta ꝓph̃as ꝙ apl'os dicẽ eẽ maiſe ſtos ℂ Sup̃ q̃s orb terrarũ.i.eccleſie edifi catio ꝯſtructa eſt. xp̃o eñ veniẽte.patuit qđ obſcuritaſ diuini tege bat eloquij.

s I. Ab increpatõe cũ diceret.niſi vos fili us liberauerit.morie/ mini in pct̃is veſtris. ℂ Spũs ire tue.p̃di catores dicit.q̃ a ſpũ/ ſctõ inſpirati.delinq̃n tes ppl'os increpabãt vel increpatio ꝓph̃aꝝ obiurgatõnem notat iuſtã in pctõres ppl'os

t ℂ Vox ecclie.mi ſit itaqꝫ pr̃ de ſũmo.i. filium de celo.ꝛ acce/ pit eccl'iam ac ſibi con iunxit. Aſſũpſit eccle/ ſiam de aquis.qñ ba/ ptiſmatis regenerati/ one eã cõq̃rit. Siue

q Et miſit ſagittas ſuaſ ꝛ diſ ſipauit eos: fulgura multi/ plicauit ꝛ conturbauit eos.

r Et aparuerũt fontes aquaꝝ ꝛ reuelata ſũt fũdamẽta or/

s bis ÷ terrarũ :· Ab increpa tione ÷ tua :· dñe ab inſpira

t tione ſpũs ire tue. Miſit de ſũmo ꝛ accepit me: ꝛ aſſum

v pſit me de aq̃s multis. Eri/ puit me de inimicis meis for tiſſimis ꝛ ab his q̃ oderunt me:qm̃ ꝯfortati ſũt ſup me.

x Preuenerũt me in die affli/ ctionis mee: ꝛ fact⁹ eſt dñs

y ꝓtector me⁹. Et eduxit me in latitudinẽ: ſaluũ me fecit

z q̃niã voluit me. ÷ Et :· re/ tribuit mihi dñs ẜm iuſtici/ am meã: ꝛ ẜm puritatẽ ma/ nuũ meaꝝ retribuet mihi.

a Quia cuſtodiui vias do/ mini nec impie geſſi a deo

b meo. Qm̃ oĩa iudicia eius in cõſpectu meo: ꝛ iuſticias

y ℂ Producta eſt eccleſia in latitudinẽ. qñ p ſeuiciam pſecuto rum nũerum creuiſſe conſtat fideliũ. Quo niã voluit.i.me elegit qui gratis vocat vni/ uerſos.ꝛ ſaluoſ efficit ſibi ſbiectos.in eccl'ia igitur catholica hunc eſſe morẽ fidelium nul lus ignorat.vt quãto plus pſecutionib⁹ ſtrĩ gitur: tanto amplius fidei augmẽto dilateẽ tũc eñ p grãm dei ex/ urgunt inuicti animi. tũc incendiũ charita/ tis ardeſcit.ꝛ facto ag mine:in gladios ſua/ uiter ruũt.qui eterne vite p̃mia ꝯcupiſcunt.

z ℂ Scdm iuſticiaꝫ meã.i.ẜm volũtatem meam a te mihi dataꝫ bonaꝫ p gratiã. Inno centiã manuũ opa di/ cit pietatis.quã ſctõꝝ virtus diuino munere ſemp exercet.

a ℂ Vie dñi ſunt di lectio dĩ ꝛ proximi q̃s

de aquis multis.i.ppl'is multis collecta eſt eccleſia. v ℂ I. Fortiſſimos ini micos pſecutoreſ ꝛ hereticos dicit.qui ſã ctam eccleſiam ſemp affligebant

ℂ Et ideo ſe magis dicit ereptam quia inimici cõfortati ſunt ſupra ĩpam in affli ctione tẽporali. Tũc eñ creſcere meruit cum eam data deſup ptãte inimicus affli xit. O vere diuina ꝓuidentia.vt ſuis ni ſibus deſtruatur inimicus.ꝛ quãto ſe pu tat amplius ledere,tanto neceſſe ſit eum

cõſtat eoſ cuſtodire.q̃ nolũt a mãdato dĩ declinare. Impie agit.q̃ iuſſa dñi declĩa re p̃ſumit. b ℂ Habꝫ ĩ ꝯſpectu ſuo iu dicia dei.qui iugiter eius terribilia iudi cia cogitat. Nunq̃ repulit iuſticiam dei a ſe cui ſemp in corde chriſtus ſine iuſti/ cia pmanet. Repellũt iuſticias dei q̃ car/ nis fragilitate ſuperati.longa precepto/ rum obſeruatione deficientes equitateꝫ (quã cuſtodire ceperũt)deſerunt

e ℞ Ero immaculat⁹.i.pſeuerabo ĩ il-
la innocētia xp̄ianitatis in q̄ vocat⁹ ſum
Obſeruabo me.vt nō cōuertar ad infide
litatē in q̄ prius fui.ſ firmiter pſeuerare
volo ĩ illa credulitate xp̄ianitatiſ quā te
neo. d ¶ Juſticiaȝ

i ¶ Jn te eripiar.nō a me. Temptatō
diabolū ſignat.q̄ oībus momētis tēptat
Bene dixit trāſgrediar murū.i.obſtacu-
lū peccatorū qd̄ eſt murus mortis nō ſa-
lutis quē inter deū ⁊ hoīes mortaliū ne
quicie cōſtruxerunt.

meā.quā tuve⁹ donaſti
℞ Per ocl'os aſpe
ctus intelligit̄ diuini
tatis. ¶ Quia ſi-
cut iuſti ſp corde deuȝ
cōſiderāt ita eos virt⁹
diuina iugiter reſpicit
et vnicuiq̄ reddit ſm
puritatē bonoꝝ actuū
e ¶ Cum ſctō viro
id ē dn̄o ſaluatore ip̄o
preſtāte ſancti eē poſ-
ſumus. p̄cipit̄ etiā vt
cū innocētia eius ĩno
centes eſſe mereamur
Solent eñ mores ho
minū frequēter eis ſi-
miles fieri quoſ habu
erunt doctores ⁊ p̄ce-
ptores.
f ¶ Petendū eſt vt
cuȝ electione xp̄i (qui
electus ab Eſaia dici-
tur )eligamur qd̄ tūc
accidit nobis quādo
p̄ceptis ei⁹ obedimus
Cum peruerſo.i. cum
diabolo ſubuerteris q̄
propria iniquitate per
uerſus eſt. illos eteñ
iniquiſſimos ſiles ſibi
facit quos ad ſue obe
dientie iura cōuertit.
g ¶ Saluum faci-
et populuȝ cum in die
iudicij ad dexteram ſu
am humiles colloca-
bit. Oculi ſuperbiorū
arrogātes dicit.
℞ Qui penitentiā
agere dedignantur. ¶ Quos humili
abit cum deſcenderet in pfunditatē ge-
henne. h ℞ Lucerna ē intellect⁹ aīe
que illuminat̄ a xp̄o. Tenebras dicit ig
norātiā cordis quā petit a xp̄o illumiari

c eius nō repuli a me. Et ero
immaculatus cum eo: ⁊ ob
ſeruabo me ab iniq̄tate mea
d ÷Et:· retribuet mihi domi
nus ſm iuſticiā meaȝ: ⁊ ſm
puritatem manuū mearuȝ
in conſpectu oculorū eius.
e Cuȝ ſancto ſanctus eris: et
cū viro innocente innocēs
f eris.÷ Et:· cū electo elect⁹
eris: et cū peruerſo peruer-
g teris. Quoniā tu populuȝ
humilē ſaluū facies: et ocu-
los ſuperborū humiliabis.
h Quoniā tu illuminas lucer
nam meā.domine de⁹ meus
illumina tenebras meas.
i Quoniā in te eripiar a ten-
tatione.⁊ in deo meo tranſ-
k grediar murū.De⁹ ÷me⁹:·
impolluta via eius: eloquia
domini igne examinata. p
tector eſt omniū ſperantiuȝ
l in ſe. Quoniā quis de⁹ pre
ter dn̄m. ⁊ q̄s de⁹ preter de
m um nr̄m. Deus qui precin-
xit me virtute. ⁊ poſuit im-
maculatam vitam meam.
n Qui perfecit pedes meos

k ¶ Jmpolluta via
ei⁹.hoc eſt incarnatio
verbi.quam pſtat pol
lutionem nō habuiſſe
peccati.
℞ Eloquia dei.ſunt
eius igne fidei ſiue tri
bulatōnis examinata.
mādata.ideo deo ſunt
placita ſicut aurum ig
ne pbatū.Qui in cri-
ſtum credūt pteguntur
¶ Nullus dimiſſus
eſt niſi qui in eum ſpe
rare neglexit.
l ¶ Hoc contra pa-
ganorum demētiā di-
citur q̄ deos ſibi mul-
tifarie vanitate finxe-
re. Dominum poſuit.
quia ip̄ius ſerui ſum⁹
⁊ euȝ adoramus. Jſte
enim deus trinitas eſt
iſeparabilis.tm̄ diſti-
cta perſonis non ſub-
ſtantia deitatis.
m ℞ .Quod ait p̄-
cinxit me.ſcilicet ſpiri
tuſſanctus qui nos ar
mat contra poteſtates
iniquas.
¶ Jmmaculatā vi-
am.hoc eſt viam puriſ
ſimam ſine ſorde deli-
cti.quā ſolus ille am-
bulauit q̄ peccata nō
fecit ⁊ alios ambulare
fecit in ea.
n ¶ Tranſmeauit
chriſtus.delicta pun-
gentia huius ſeculi ⁊ facies peccatorum
pfundiſſimas ſicut ceruus ſpinoſa frute
cta.Sup excelſa ſtatuit eū.i.deus pr̄ ſup
omnē altitudinē creaturaꝝ. vt apl's ait.
Et donauit illi nomē.qd̄ ē ſup oē nomē.

o ℂ Doceri. eſt ab imminētibus inſi
dijs cautū fieri. Manus. operatiões ſig
nificāt. pliū certamē diaboli. brachia ꝟo
xp̄i. ꝓphete ſunt ⁊ apoſtoli ꝑ quos deſi-
deriū ſue volūtatis opatus eſt his cōpa
rat arcū ereū. quia ne
ſciunt ſerui dei predi-
cando moleſcere ſed ī
celeſti fortitudine per
manētes. verbis ſalu
taribus emiſſis velut
ſagittis eminus iacu-
latis deuotorū homi-
nū corda cōpungunt.
p ℂ Protectio ſa-
lutis. gloriā ſignificat
reſurrectiōis. qñ mor-
tali carne depoſita eā
dem incorruptibilē re
ſumpſit Dextera potē
tiā diuinitatis eſt. que
aſſumptā humanitatē
in eterna maieſtate cō
ſtituit. q Iñ Uox
eccl'ie. quem enim dili
git de⁹ corripit. Et do
ctrina tua (vt hʒ alia
litera) ipa me docebit
qꝛ neceſſe eſt dum hic
ſum⁹ ſemꝑ ſub doctri
na eſſe vñ paulus. oīs
inquit doctrina. in pñ
ti nō videtur eſſe gau-
dij ſed meroris. ī futu
ro ꝟo multū fructum
affert. r Iñ Dilata-
ſti greſſuſ meos. id eſt
ſenſum meuʒ in ampli
tudine tue charitatis.
A Quia lataʒ feciſti
charitatem hilariter o
perantez etiam in his
ſcʒ mortalibus rebus ⁊ mēbris que ſunt
ſub me I̶ Nō ſunt infirmata veſtigia.
id ē exēpla eius. a ſucceſſorib⁹ ſequēda.
⁊ doctrina eius. s I̶ Perſequar. vox
xp̄i. i. xp̄s iudeos vel gētiles. qui ei inimi
ſte inimici facti ſūt. vel eccl'ia ꝑſequit' car
nales affectus. ⁊ ꝓprehēdā illos añq̄ʒ cō
ꝓhēdar ab ill'. ⁊ nō ꝓuertar. i. ab hac intē
tōe donec deficiāt hmōi carnales affect⁹
ī me, ſiue inimici iudei ⁊ mali hoīes a ma

tanq̄ʒ ceruorū. ⁊ ſuꝑ excelſa
o ſtatuēs me. Qui docet ma-
nus meas ad preliuʒ. ⁊ po-
ſuiſti vt arcū ereum brachia
p mea ÷ Et :· dediſti mihi pro
tectionē ſalutis tue: ⁊ dexte
q ra tua ſuſcepit me ÷ Et diſci
plina tua correxit me in fi-
nē :· ⁊ diſciplina tua ipſa me
r docebit. Dilataſti greſſus
meos ſubtus me. et nō ſunt
infirmata veſtigia mea.
s Perſequar inimicos et cō-
prehendam illos ⁊ non con
t uertar donec deficiant. Cō-
fringam illos nec poterunt
ſtare. cadent ſubtus pedes
v meos. Et precinxiſti me vir
tute ad bellum. ſupplanta-
ſti inſurgentes in me ſub-
x tus me. Et inimicos meos
dediſti mihi dorſum. et o-
dientes me diſperdidiſti.
y Clamauerūt nec erat q̄ ſal-
uos faceret ad dn̄m. nec ex-
z audiuit eos. Et cōminuam

liciavl'a cogitatōib⁹ ꝑuis. t I̶ Affligā
illos (vt hʒ alia trāſlatio) ſcʒ ī mltis ma
lis ſicut iaʒ factū legimus. iudeis tꝑib⁹
Titi nec ſtare poterēt. qꝛ ī ſupbia erecti
fuerāt. Cadēt. ſiue vt adorāt ſe humiliā-
do ſeu vt cōculcet' dā
nati. v ℂ Precin
ctus. eſt eī ꝟtute xp̄s
qñ patientia ⁊ fortitu
die. aduerſa iniquorū
ſuperauit. Supplātauit
eos. qñ q̄ cōtra euʒ in
ſana cōſpiratōe tumu
erunt ſuo iudicio ſine
dubio ſubdēdi ſūt. vt
cuʒ ſuo inſtigatore pe
reāt q̄ auctori ſuo cre-
dere noluerūt. hoc eī
de ſpiritibus īmūdis
dictum eſt. qui ꝑ iude
os xp̄o iīqua certami-
na mouerunt.
x ℂ Iñ Dorſum. ſi
gnat ꝯuerſionē eoꝝ. q̄
reſiſtētes noī xp̄i pri⁹
dorſuʒ vertērt ad xp̄m
nō faciē. poſtea cōuer
ſi facti ſunt xp̄iani. vt
paulus apoſtolus.
ℂ Uel dorſum dede-
runt qñ victi ſunt. ⁊ cō
uerſi. quoꝝ fuga (que
ꝑ dorſuʒ ſignat) facta
ē xp̄i glorioſa victoria
Sicut ſaulus victus.
factus ē victor paulus
qm̄ alios vicit ꝯuertē
do. prius ipſe victus.
Diſperſit odiētes. qñ
iudeos in eorū ꝑfidia
dimiſit dicētes ſāguis
eius ſuꝑ nos. hec enī
cauſa diſpſionis eorū. ſanguis xp̄i ſcʒ.
y I̶ Clamabūt ipij ⁊ iudei in futuro iu
dicio ad xp̄m. cū viderint ſpem ſuā in dia
bolo corruiſſe. ℂ Nō exaudiet eos. qm̄
infructuoſa illic eſt penitētia. vbi iam co
gnoſcit' eſſe iuſta damnatio z ℂ Intel
ligant ſe ſupbi ⁊ grandiloqui cōminuen
dos vt puluerē. q̄ moliūt' dn̄o prauis m̄e
tibus cōtradicere. Ante faciē vēti vt de
ſcere ñ poſſint cū fuerīt īminati. bñ luto

eos vt puluerē aň faciē ven
ti. vt lutuz plateaꝝ delebo
a eos. Eripies me de cōtradi
ctōibꝰ ppl'i. cōſtitues me in
b caput gentiū. Ppl's quem
non cognoui ſeruiuit mihi.
÷in :· auditu auris obedi-
c uit mihi. Filij alieni menti-
ti ſunt mihi. filij alieni inue
terati ſunt. ⁊ claudicauerūt
d a ſemitis ſuis. Viuit domi
nus ⁊ bñdictus deus meus
ñ exalteť deus ſalutis mee
e Deus q̄ das vindictas mi-
hi. ⁊ ſubdis ppl'os ſub me.
liberatoꝛ meus de inimicis
f meis ÷ iracundis :· ✱ Et :·
ab inſurgentibus in me ex/
altabis me. a viro iniq̄ eri-
g pies me. Propterea confi/
teboꝛ tibi in natōnibus dñe
⁊ nomini tuo pſalmū dicaz
h Magnificās ſalutes regis
eius ⁊ faciens miſericoꝛdiā

compat pctōꝛes q̄ fetidis peccatis inqui
nanť. Delebo. i. de medio ſanctoꝛū tollā
qd ptinet ad lutū plateaꝝ. lutū q̄ppe qꝛ
molliſſimū facile tolliť. a Ꝯ Ereptꝰ
eſt xp̄s de cōtradictōibꝰ ppl'i. qñ exploſis
ꝑfidis iudeis. ad gen
tiū fidem deuotōnēq̄
tranſlatus eſt. Cōſti/
tutꝰ eſt in caput gen/
tiū. qñ p fidē illoꝛū ſu
ſceptꝰ eſt. qꝛ in fronti
bus gentiū. crucis ha
buerūt vexilla radiare
b Ꝯ Seruiuit po/
pulꝰ xp̄o. i. gentes cre
diderūt xp̄o. quē priꝰ
non cognouit. qꝛ in il
lū credit. Ꝝ Obe
diuit auditu auris. qꝛ
mirabilia dei nō vidē
tes neq̄ pñtiā coꝛpa/
lem. ſ3 poſtea audierť.
⁊ ſuis doctoꝛibꝰ obe/
dientes crediderūt. et
opere fidē impleuerť.
c Ꝝ Filij alieni. fi
lij dyaboli quibꝰ ipſe
dixit vos ex patre dia
bolo eſtis. Ꝯ Mē
titi ſunt mihi. qñ dice
bant. magiſter ſcimꝰ.
qꝛ a deo veniſti ⁊ in ve
ritate viam dei doces.
Mentiri eſt eñ cōtra
mentē loqui. ⁊ illud ī
lingua pmere. qd con
ſtat in aīo nō habere.
Ꝝ A Inueterati
ſunt. i. in veteri homi
ne remanſerunt quos
ī nouare veni. Et claudicarť. Ꝯ Mā
claudicare dicimꝰ eos q̄ vno pede debi/
les ſunt. Ꝝ Ille claudicat. q̄ patrem
credit ⁊ filiū nō credit. Ꝯ iudei claudi
cāť. qui vnā ptē ſcripture. vetꝰ. ſ. teſtamē
tū carnaliter intelligentes. aliā. i. nouuz
teſtamētū reſpuētes nō hñt. d Ꝝ re/
cte dicit eccl'ia. viuit dominꝰ. quē iudei ī
ſepulcro clauſerāt. Ꝯ Bñdictꝰ dꝛ deꝰ
cū ei digna deuotiōe laus pſoluiť. Exal
teť. i. ī toto oꝛbe credať. Nec poterat ali
ter exaltari, q̄ ſolus vocať ⁊ ē altiſſimus

e Ꝝ Deus q̄ das vindictā mihi. ſub/
uertendo ſ iudeos. vl' deꝰ q̄ das vindictas
ſctis aplis eoꝝq̄ ſucceſſoꝛibꝰ eccl'ie ſol/
uendi ⁊ coꝛrigendi. Et dedit ptātem ꝑdē
catoꝛibꝰ. ad regendū gentes incredulas
Liberatoꝛē deū dicit.
Petit eccl'a ſe libera
ri ab heretic' ſeu a pec
catoꝛibꝰ ⁊ hoc ab ira/
cūdis. Ꝯ id ē a fer
uida malignitate ſuc/
cenſis. vindicari dꝛ ec
cleſia. qñ eius inimicī
ad vere religiōis pene
tralia reducunť.
f Ꝝ Ab inſurgen/
tibꝰ. i. a pſecutoꝛibus
A viro iniquo. i. a dia
bolo vt in euangelio.
inimicꝰ hō hoc fecit.
Ꝯ Vel quolibet ſciſ
matico g Ꝯ ꝓpť
illa q̄ ſupius dicta ſūt
Confiteboꝛ tibi. i. lau
dabo te p ppl'os xp̄ia
nos. Ps. opꝰ ſignifi
cat actualeq̄ deꝰ plꝰ q̄
vocibꝰ laudať. qd eti
am deꝰ citius q̄ voces
exaudit. vñ dicit. con
fiteboꝛ. i. laudabo et
opaboꝛ. h Ꝯ Ma
gnificat pater regē ip
ſius. i. filiū in toto oꝛ/
be terrarū regnaturū
xp̄s vnctꝰ interptať.
Ꝝ Dauid māu foꝛ
tis. Ꝯ Fecit in da
uid miſcōiam. qꝛ eum
de pſequentiuz feroci
tate liberauit. Semē eiꝰ. dñm ſignificat
ſaluatoꝛē. vſq̄ in ſeculū. hoc eſt vſq̄ ine/
ternū. Semini xp̄o miſericoꝛdia facta ē.
qñ reſurrexit celoſq̄ aſcendit. ⁊ nunc ſe/
det ad dexteram patris rex ineternum.

Firmamentū ſpei ⁊ refugiū. Oꝛo
preſſure pijſſime deꝰ. ſalua nos ab
inimicis ⁊ a laqueis moꝛtis. vt aſſumpti
de multitudine circūſtantiū tribulatōnū
deuotiſſime ſancto nomini tuo cuz inno
centie puritate pſallamꝰ. Per dominuz
noſtrum ieſum xp̄m filium tuum ⁊c.

xp̄o ſuo dauid: ⁊ ſemini ei⁹
vſq̄ in ſeculū. In finē
pſalm⁹ dauid. ℂ Dn̄i p̄-
dicatoreſ ꝓpheta collaudāſ
ei⁹ īcarnatōez ſpecioſiſſime
deſcribit: nec nō p̄cepta no
ui ac veteris teſtamenti ma
gnificans. ab occult' vicijs
purgari ſe a dn̄o dep̄caṫ.

a Eli enar- Pſal. xviij
rāt gloriā dei ⁊ opera
manuum ei⁹ annunciāt fir-
b mamētū. Dies diei eructat
verbū, ⁊ nox nocti indicat
c ſciam. Nō ſunt loquele ne-
q̄ ſermones. quoꝝ nō audi
d ant voces eoꝝ. In oēm ter
rā exiuit ſon⁹ eoꝝ. ⁊ in fines
orbis ÷ terre: ⁊ verba eoꝝ.
e In ſole poſuit tabernaculū
ſuum. ⁊ ip̄e tanq̄ ſpōſus ꝓ
f cedēs de thalamo ſuo. Ex-
ultauit vt gigas ad curren-
dā viā ÷ ſuā: a ſummo celo
g egreſſio ei⁹. Et occurſus e⁹
vſq̄ ad ſummū eius nec eſt
qui ſe abſcōdat. a calore ei⁹
h Lex domini imaculata cō-
uertens aīas: teſtimoniuz
domini fidele. ſapiaz p̄ſtās
i paruł. Iuſticie dn̄i recte le-

ℂ In finē pſalm⁹ dauid. Inſcriptio tituli hui⁹ frequenṫ expoſita eſt. p totū igitur pſalmū: ꝓphete v̄ba ſꝫ de xp̄o loq̄ntˀ. a ℂ Celi ap̄li ſūt ⁊ ꝓphete. q̄ de aduētu xp̄i annūciāt gl'iam ip̄ius opa manuū eius. i. ip̄e hō q̄ ex manibus xp̄i plaſmat⁹ ē. Annunciant firmamētū. i. p̄dicatiōes. ſ. incarnatiōis xp̄i. p quā firmabaṫ ſoliditas noſtre fidei. ⁊ ita in plurali dici oportet annūciant. Sꝫ ſm iſtam litterā que habet annūciat, oꝑtet dici firmamentū ap̄los ⁊ ꝓphetas. q̄ annūciarūt opera dei. i. facta v̄tutum ſm hoīem. vt incarnatiōem mortē ⁊c. b Ꝟ Dies xp̄s ſiue ap̄li ℂ Eructat verbū. cū irradiando corda ap̄loꝝ puriſſima. celeſtia verba intimauit. vel cū apoſtoli corda fideliū luminoſa p̄dicatione illuminant. Nox nocti indicat ſcientiā. Cū iudas iudeis xp̄m ꝓdidit ac tradidit ad occidēdū c Ꝟ ℂ Nō ſunt loquele. Negando dicit nullos eſſe ſmōes neq̄ loquelaſ. q̄s apoſtoli nō potuiſſent loqui. ℂ Sermones pertinet ad cōmunes narrationes. loquele. ad publicas ſuaſiōes. q̄ȯ vtrunq̄ apoſtolos feciſſe, certiſſimū eſt. d ℂ Terrā. hic homines debemus accipere. Sonus v̄o. fama miraculorum eſt. fines terre ſunt reges id eſt non ſolum ad humiles ſed etiaz ad principes gentiū euangelij v̄ba peruenerunt. ⁊ omnes homines ſalubri doctrina docuerūt. e ℂ In ſole poſuit. i. in manifeſtatōe. q2 maīfeſte venit. Dicit tabernaculū. ſ. ſui corpis. Et ip̄e xp̄m dn̄m dicit q̄ tanq̄ ſpōſus eccl'ie ſue. pceſſit de thalamo ſuo. i. de vtero virgīali. Vn̄ ſpōſus a ſpōdēdo d̄r xp̄s q̄ totiens eſt ꝓmiſſus a ꝓphetˀ. f ℂ Vn̄ giganti cōpaṫ xp̄s. q̄ humanā naturā ſuperans magnitudīe ſue potētie. oīa mōi vicia cū ſuo truculētiſſimo autore ꝓſtrauit. Hic via curſum ſignificat eius vite. q2. ſ. hō natus creuit. docuit. paſſus eſt. A ſummo. patrē ſignificat Egreſſio natiuitas filij. nō tp̄alis. ſed coeterna p̄ri. g ℂ Occurſus ei⁹. ſcōm hominē d̄r. quia poſt aſſumptionē carnis. in vtraq̄ natura xp̄s pmanēs occurrit vſq̄ ad ſummū. i. vſq̄ ad ſedē paterne maieſtatis. q̄ patri filiˀ ſp equalis eſt. calor eius ſp̄ūſanct⁹ eſt. a q̄ nemo pōt abſcōdi. q2 potentie ſue diuinitatis vniuſcuiuſq̄ corda cognoſcit. h Ꝟ Lex dn̄i xp̄s eſt irrep̄henſibilis. quia nō habuit pctm̄. Cōuertit anīas de captiuitate in libertatē. ℂ Teſtimōia q̄ dedit iſraelitico populo fidelia fuerūt. q2 pleniſſima veritate cognita ſunt. Ꝟ Sapientiā p̄ſtat paruł. nō ſenſu. ſ3 humilib⁹ ⁊ innocentib⁹. ℂ Vel lex dn̄i vetus. eſt īmaculata, q2 p legē nouā approbata i ℂ Iuſticie dn̄i reuera recte. q2 nō aliṫ fecit dn̄s q̄ȝ docuit. Recte eni ibi nō ſūt, vbi aliud eſt in ore, aliud in

ope letificant̃ corda. ſubaudit̃ iuſtorum
Lucidũ p̃ceptũ dicit. q2 ſincerũ ⁊ purum
Illuminat oculos. nõ iſtos carnales ſed
illos interiores. k C Timor dñi mixta
cũ pauore caritas ẽ. q̃ imperturbata cõſtan
tia nõ trepida ꝯfuſiõe
ꝑmanet ſctũs q̃ timor
vſu ſeclari. reuerentia
nũcupat̃. Iudicia dei
.i. mãdata dei. q̃ in ve
teri ⁊ nouo teſtamẽto
cõſcripta ſũt. que in ſe
metipis ꝑmanẽt q2 ſta
tus eorũ nulla varieta
te mutat̃. Iꝛ A
Nec alteri⁹ auctorita
te (vt firma habeãt)
niſi dñi egẽt q̃ neminẽ
fallere põt. l C De
ſiderabilia iudicia dñi
.i. mãdata noui ⁊ vete
ris teſtamẽti. ſup aurꝫ
qđ humana cupiditaſ
maxie deſiderat poſſi/
dere. Addidit lapidez
p̃cioſuz q̃ multũ valet
i ꝓuiſſimo margarito.
Sz q2 iuenire poterãt
q̃ diuitias cõtẽnerent
addidit ſapores. mel ⁊
fauũ. Vet⁹ teſtamẽtũ
ſuperat mel. nouũ vin
cit fauũ m C Cuz
dicit ſeru⁹ tu⁹. iuſtum
ſignat ⁊ deuotũ. qui iõ
cuſtodit mandata dei
q2 obediẽtib⁹ retribu
tio ſubſequit̃ Merito
dicta ſũt multa q2 cõ/
p̃hẽdi nõ pñt vniuer/
ſa. que p̃parauit deus
diligẽtib⁹ ſe. n Iꝛ
Delicta q̃s intelligit.
niſi ſcrutator cordium
de⁹. qui etiã potẽs ẽ dimittere ea. Ab oc
cultis .i. a p̃teritis peccatis. C Occul
tũ ẽ qđ originale dicit̃ in quo ꝯcipimur
⁊ naſcimur ⁊ ſecreta volũtate peccamus
Alinũ eſt quod malis homibus ſuadẽ/
tibus. ſiue diabolo ſuadẽti cõmittit̃. ſed
fit ꝓpriuz. q2 cõſenſus noſter plectibil' ex
arbitrio noſtro adhibet̃ ⁊ ex illa traduce

tificãtes corda: p̃ceptũ dñi
luciduz illuminans oculos
k Timor dñi ſctũs ꝑmanens
in ſclm ÷ ſcli :· : iudicia dñi
vera iuſtificata in ſemetipa
l Deſiderabilia ſuper aurũ ⁊
lapidẽ p̃cioſuz multũ: ⁊ dul
m cioꝛa ſuꝑ mel ⁊ fauũ. Etẽ
ſeruus tu⁹ cuſtodit ea: in cu
ſtodiendis illis retributio
n multa. Delicta quis intelli
git: ab occultis meis mũda
me: et ab alienis ꝑce ſeruo
o tuo. Si mei nõ fuerint dña
ti: tũc imaculat⁹ ero. ⁊ emũ
p dabor a delicto maxio. Et
erũt vt cõplaceant eloquia
oris mei: ⁊ meditatõ cordis
q mei i ꝯſpctũ tuo ÷ ſp :· Dñe
adiutor me⁹ ⁊ redẽptor me⁹

In finẽ Pſalmus dauid
C Rogat ꝓpheta eccl'iam
exaudiri. petẽs illi⁹ cõſiliũ
a dño cõfirmari. dicenſq3 fi
deles nõ ptãte mũdana ſed
diuina potentia magnificã
dos. Pſalmus. xix.

maſſa mortaliũ ab hoſte ſpiritali corrup
ta ſine gr̃a dei. velociter ſubuertit̃. q2 in
p̃mo hoĩe ꝑ inobediẽtiã viciata mõſtrat̃
Nã q̃ꝫ facile ẽ antiquo inſidiatori ĩfectis
vetita ſuadere. q̃ potuit liberos atq3 in
corruptos ſua callidi
tate decipe. Sũt ergo
aliena. que ab alijſ no
ſtra ſuaſiõe vel culpa
acta ſũt. vel alioꝝ ſua
ſu aut auxilio nos fa/
cim⁹ o Iꝛ Tũc de
licta dicunt̃. cũ hõ ſer
uus ſit pctĩ. ſi iſta pec
cata nõ perpetrauero.
ero immaculatus. Et
emundabor a delicto
maxio. id eſt a ſupbia
C Qua ⁊ diabolus
cecidit ⁊ hominez tra
xit. ⁊ cõceſſa beatitudi
ne vacuauit. A Nõ
ergo petit tolli a ſe h̃
oĩa oĩno peccata. qđ ẽ
impoſſibile. ſed ne do
minẽt̃. p C Poſ/
ſunt placere dño elo/
quia oris ſi a vitijs q̃
ſupius dixit reddatur
homo alienus. Medi
tatio cordiſ que p̃t ad
deũ peruenire eſt ſpes
charitas ⁊ fides.
q C Adiutorẽ ſuũz
dicit deũ in bonis ac/
tibus redemptorem. a
malis. vt nemo meri/
tis ſuis applicz. quod
ſuſceperit celeſtia lar/
gitate. Oratio.
Iuſtiſſime deus qui
p virginalis thala/
mi egreſſu procedens
liberatis nobis ad pa
tris dexterã ꝯſcendiſti. ĩmẽſam miſcđiaz
tuã expoſcimus. vt lege tua cõuerſi. p̃ce
ptis illũiati. teſtĩonijſ eruditi mereamur
⁊ ab aliẽis ⁊ ab occl'tis vicijs emũdari. q̃
C Iã nota ſũt verba tituli. Nũc rogat
ꝓpheta ĩ h̃ pſalmo ꝓſpera euenire ſãcte
dei eccl'e. que lõgo tp̃e fieri poſſe ꝑ aduẽ
tum dñi ꝓuidebat dicendo, exaudiat ⁊c.

a ¶ In die tribulatiōis. oñdit tp̄s gra uiſſime afflictiōis. Cū dicit ꝓtegat te nomē dei iacob. hmōi bñdictionē ↄcedēdā petit ꝓpheta a dño xp̄iano populo. ſicut ſanctus p̄triarcha iacob priſcis tpībꝰ ab

a Xaudiat te dñs in die
tribulatōis: ꝓtegat te
b nomen dei iacob. Mittat ti
bi auxilium de ſancto: ⁊ de
c ſyō tueaꝛ te. Memor ſit om
nis ſacrificij tui: et holocau
ſtū tuū pingue fiat. Dya
d pſalma. Tribuat tibi ſcd̄m
cor tuū: ⁊ omne cōſiliū tuū
e ↄfirmet. Letabimur in ſalu
tari tuo: ⁊ in noīe dei noſtri
f magnificabimur. Impleat
dñs omēs petitiones tuas:
nūc cognoui quoniā ſaluuꝫ
g fecit dñs chriſtū ſuum. Ex=
audiet illum de celo ſancto
ſuo: in potentatibus ſalus
h dextrē eius Hij in curribus
et hij in equis: nos autē in
nomīe dñi dei nr̄i innocabi
i mus. Ipſi obligati ſunt ⁊ ce
cideꝛt: nos autē ſurreximꝰ
k ⁊ erecti ſumus. Dñe ſaluuꝫ
fac regem ÷ ⁊ :· exaudi nos
in die q̄ īuocauerimꝰ ÷ te :·
In finē pſalmus dauid.

ipſo accepit qñ Eſau frī prelatus ē. Audiri cognoſcimur. qñ omī modis aliq̄d obtinēꝰ
b ¶ Optando dicenſ mittat. oñdit a p̄re filium miſſum ſuū ī auxiliū ſctē dei eccłe. Syō eñi mōs ſignat ſpeculationē. que conuenit diuīitati qm̄ illi cūcta ſunt nota c ¶ Sacrificiū ſancte eccleſie eſt ritus accipiēdus. qui nunc agiꝛ corporis et ſanguinis dñi īmolatione ſolēni. Holocauſtū. totū incenſuꝫ dicitur. ⁊ repreſentat ideꝫ iaꝫ dictū ſacriſiciū. qđ pingue fit atqꝫ iocūdū qñ noſtra oblatio mētis ⁊ corpis a grā diuīnitatis aſſumitur
d ¶ Dicit tribuat tibi ſcđꝫ cor tuū. i. ſcđm intellectum quem habes de dño. vt euꝫ credas vnum ex trinitate paſſum carne. reſurrexiſſe aſcēdiſſe in celuꝫ ⁊c̄. Et oē cōſiliū tuum ↄfirmet. Hoc ē cōſiliū ſancte eccleſie. patreꝫ ⁊ filiū. ⁊ ſpm̄ ſanctum. vnum deuꝫ credere. a quo ſunt oīa ⁊ ex cōſilio deliberate. omīa ꝓ iſta fide ſpernere mūdi delectamēta. e ¶ Nā in ſalutari eccleſie (qđ eſt xp̄s ieſus) letatuꝝ ſe eſſe declarauit. vt ſe vnū eſſe ex eius corpore monſtraret. ⁊ in ipſius nomīe ſe eſſe magnificandū. qꝛ ex ip̄o xp̄iani fuerāt nuncupādi. Magnificari eſt magnū fieri.
f ¶ Impleat dñs. fit iterū ad eccleſiam grata cōuerſio. Nūc cognoui dicēdo magnam virtutē ſue prophetatōis oſtendit

cū ſe dicēt in p̄ſenti cognouiſſe. que poſt ſecula multa impletura erāt Saluū fecit pater filiū. in reſurrectōe glorioſa ⁊ in celos aſcēſione. g ¶ Senſus iſte talis ē. Exaudiet filiū pater de celo. qꝛ ī dextera eius eſt ſalus. quaꝫ habēs ex ꝓpria deitate. tñ expetere videtur ex carne. Potētatibꝰ dicit. qꝛ nos potentes efficit cū gratia ſua in p̄ſenti. ⁊ in futura vita in beata ꝑennitate cuſtodiendo. que ꝑ dexterā intelligitur
h ¶ Per currus. voluptas mūdi ſiue cupiditas deſignaꝛ. qm̄ ſuperbi ⁊ cupidi velut rote inſtabiles. mente huc illucqꝫ diſcurrūt. Per equos. ſupbi intelliguntꝛ. ipſi ſunt cupidi. ¶ ¶ Nos aūt in illis non gloriemur. ſed in nomīe dei quod ad p̄mia eterna ꝑducit. i ¶ Dicit propheta. hūanis honoribus vel prauis deſiderijs obligatos. cecidiſſe arrogantes. qđ neceſſe ē illis cōtingere. qui ſe videntꝛ nexu dīs erroribꝰ alligare. Reſurgere duobꝰ modis chriſtianus dicitꝛ ſcꝫ a morte viciorū. et in illa reſurrectiōe. in qua iuſti eterna p̄mia accipiūt. de vtraqꝫ hic intellige manifeſtū eſt
k ¶ Dicitꝛ patri. ſaluū fac regem. id eſt vt chriſtus reſurgat a mortuis Exaudi nos ꝓuenit illud tunc generi humano. quando reſurrectionē chriſti firme credit ⁊ letāter aſpicit. vel ꝑ eum regē exaudi nos in die neceſſitatis noſtre.

Oratio.

Mple domīe petitiōes noſtras. ⁊ tā
i q̄ꝫ pinguiſſimū nos holocauſtum aſſume vt inimicoꝝ curribus obligatis. ſalutaris tui opitulatōe letemur. Per do.

¶ Ideo titul⁹ hic nonodecimo pſalmo par eſt. qm̃ τ iſte quidẽ de dño ſaluatore loquit̃ ſicut ſupior. ß ſub aliq̃ diuerſitate a ¶ Dñe dicit ꝓpheta ad patrẽ. in virtute tua. i. in oĩpotentia maieſtatis tue. i qua τ fili⁹ regnat. Letabit̃ rex. gaudet xp̃s ih̃s. Exultabit. i. in eo ꝙ ꝑ eũ ſaluaſti hoĩes. Filius tu⁹ exultabit. q̃ eſt ſaluator. Vehemẽter oſtendit magnitudinẽ gaudij. vt quanta eſt copia in bñficio tanta ſit τ gaudij magnitudo. b ¶ Deſideriũ anime ei⁹ fuit ꝓ oĩm ſalute occidi. vt ꝑcioſus ſanguis e⁹ mundũ redimeret. voluntas labiox fuit qñ immund⁹ ſpiritib⁹ imperabat. languores diuerſos ſermõis ſui ſanabat impio τ ꝑdicatiões populis inſerebat Cõſtat in nullo voluntatẽ ei⁹ fuiſſe fraudatã. qñ oĩa q̃ fieri iuſſit impleta ſunt. c ¶ Qm̃ ꝑueniſti. ſignificat humanitatẽ ꝑuentam gratia diuinitatis. ¶ Benedictõ dulcedinis fuit immunitas peccati. q̃ donatus eſt xp̃s. nos eñ in amaritudĩe ade cõcipimur. ¶ Vel Benedictio dulcedĩs fuit. qñ dictum eſt. hic eſt fili⁹ me⁹ dilectus. Corona. conuentũ ſignat diſcipulorũ. hec erat corona capitis. hoc regale diadema qm̃ ip̃m docẽtẽ circuit⁹ apl'ox ambiebat Diadema illud nõ iõ vt ornaret eſt impoſitũ. ß de xp̃o poti⁹ ornaret̃. Lapides ꝑcioſi. apl'i ſt̃. d ¶ Vita reſurrectionẽ ſignat quã ille petijt dicendo. Pater clarifica filiũ tuũ. Longitudo dierũ. ſignat perennitatem xp̃i. que nullo fine cõcluditur. In ſeculum ſeculi. indefectam ſtabilitatem futuri ſeculi indicat. Sz memento ꝙ hec τ his ſimilia. ab illa dicunt̃ parte qua paſſus eſt. e ¶ Nam gloria et magnũ decus. tempus ſignat iudicij vbi ĩ deitate ſua altiſſim⁹ apparebit habẽs gloriam. ex iudicio. decorem de maieſtate. ſancte etiaz incarnationi magna eſt gloria in ſalutari. i. in verbo patris. f ¶ Quoniam dabis eũ in benedictionẽ. quia omnis creatura benedicit eũ Letificabis eũ in gaudio. cũ coadunata fuerit multitudo ſanctorum. eiꝙ ſanctorũ numerus reſtitutus. ¶ Cum vultu tuo dicit. vt vna intelligat̃ perſona ſine dubio eẽ chriſti. quia humanitas de diuinitate gaudet. Quamuis etiam de membris illud accipi chriſti recte poſſit. g ¶ Rex iſte eſt q̃ in paſſione ſua aſcriptus trib⁹ linguis legebat̃. Sperauit ĩ domino ß hominẽ. Nõ commouebitur. a miſericordia patri. quia protector eſt omnium ſperantium in ſe.

¶ Hic ps̃. dñi ſaluatoris primo icarnationẽ τ poſteá deitatis facta ꝓpha narrante decantat. Pſal. xx.

a Domine in virtute tua letabit̃ rex. τ ſuꝑ ſalutare tuuz exultabit vehemẽter. b Deſideriũ cordis ei⁹ tribuiſti ei. τ voluntate labiorum eius nõ fraudaſti eum. c Dyapſalma. Quoniaz ꝑueniſti eũ ĩ bñdictõib⁹ dulcedinis. poſuiſti ĩ capite ei⁹. coronaz de lapide precioſo. d Vitã petijt a te τ tribuiſti ei longitudinẽ dierum in ſecu- e lum τ in ſecl'm ÷ ſecl'i :· Magna gl'ia eius ĩ ſalutari tuo gloriã τ ✶ magnũ :· decorẽ ĩ f pones ſuꝑ euz. Quoniã dabis eũ in benedictionẽ in ſeculum ÷ ſeculi :· letificabis eum in gaudio cum vultu g tuo. Quoniaz rex ſperat in domino. et in miſericordia altiſſimi non cõmouebitur. h Inueniatur man⁹ tua omi

h ¶ Inueniat̃ manus tua. i. opatio tua repiat̃ ¶ Vt reuertant̃ inimici afflicti poteſtate tua in bonum. Dextera patris. dominus eſt ſaluator. qui eum oderunt. pena perpetua damnandi ſunt τ ſine fine cum diabolo τ ſatellitibus ſuis. in eternis tenebris torquẽdi. Inuenitur igit̃ dei man⁹ in iudicio futuro inimicis eius.

i C Cliban⁹.eſt coquēdis panib⁹ enei vaſculi deducta rotunditas.q̄ ſuburen/tib⁹ flāmis ardet intrinſecus. qđ ſignat pctōꝛes.q̄ in iudicio toꝛquēdi ſūt. ꝛ ſme rore animi ꝛ penali excruciatōe.Temp⁹ vult⁹ dei dies eſt iudicij. I Hic ira dei nō punit ſ; ꝯturbat ad penitentiā ꝛ hic ignis ſpūſſancti deuoꝛat.id eſt pctā cōſumit.

C Siue qn̄ audient ite in ignē eternū. tūc iudicis ſnīa cōturbabit ꝛ ignis deuoꝛabit ꝑpetuo. k C I Fructū.dicit opa iniquoꝝ ꝑdere de terra.i de ſancta eccleſia vel terra viuētiū C Semen.i. vota vel facta peccantiū. A filijs.i. de ſctis eos facis alienos.quos in hereditatē eternaȝ tua largitate miſſurus es.

l I Viſi ſūt iudei declinare mala ī xp̄m qn̄ dixerūt dignus eſt moꝛte.Cogitauerunt conciliū dicēdo. iube ergo cuſtodiri ſepulcrū nolentes. nec etiā credentes xp̄m reſurgere quod nō potuerīt ſtabilire. qꝛ qn̄ voluit xp̄s reſurrexit.

C Declinare dicim⁹ mala ſupꝛa alios penitentia in alios cauſaȝ iniquitatis relidere. qđ iudei xp̄o fecerūt. dum deſtructionē ciuitatis ꝛ gētis vite chꝛiſti aſcripſerunt dicentes.Si dimittim⁹ eū ſic ꝛc. m C Poſiti ſuꝑ iudei doꝛſū.qn̄ victo ſuo terrena ſapiētes.nō meruerūt celeſtia cōtueri.

I Preparabūt̄ reliq̄e iudeoꝝ. qn̄ ꝯ enoch ꝛ helyā in fine crediturí ſt̄. ꝛ tunc ꝑparabis vultū eoꝝ.ſ.in te credentium. ꝛ.ſ.cōuertant̄ coꝛda patrū in filios.

n I Exaltare in virtute.i. demōſtra in iudicio maieſtatē tuā ꝛ poteſtatē. qui pꝛi⁹ veniſti in humilitate C Cantare eſt verbe dn̄i oꝛe ꝓferre.pſallere mandata diuina bonis operib⁹ cōſtant̄ implere

bus inimicis tuis, dextera tua īueniat ÷ oēs :· q̄ te ode
i runt. Pones eos vt clibanū ignis in tp̄e vultus tui dn̄s in ira ſua conturbabit eos.
k ꝛ deuoꝛabit eos ignis. Fructū eoꝝ ꝺ terra ꝑdes.ꝛ ſemē
l eoꝝ a filijs hoīm. Quoniaȝ declinauerūt in te mala. cogitauerunt conſilia q̄ nō po
m tuerunt ÷ ſtabilire :· Quoniā pones eos doꝛſum.in reliquijs tuis ꝑparabis vultū
n eoꝝ. Exaltare dn̄e in virtute tua. cantabimus ꝛ pſallemus virtutes tuas.

In finē ꝓ ſuſceptione matutina pſalmus ÷ dauid :·

C In hoc pſalmo.xp̄us ꝺ paſſiōe ſua ad patrē loquit̄ admonetq̄ꝫ fideles laudare dn̄m. qꝛ in reſurrectiōe ſua. catholicā reſpexerit eccl'iaȝ.

Pſalmus.xxi.

a Eus de⁹ me⁹ ÷ reſpice in me :·. quare me dereliq̄ſti.lōge a ſalute mea verba delictoꝛum meoꝛum

Oratio.

Benedic nos dn̄e benedictiōe dulcedinis.ꝛ comple tibi placitū deſideriū noſtrū.vt dū iugiter virtutes tuas ſuaui modulatione cōcinimus longitudinē vite ꝑpetue ꝯſequamur Per.

C In finē.ſiue pſalmus.ſiue dauid.q̄d ſignet expoſitū ē. ſuſceptio matutina.eſt tempus reſurrectiōis. qn̄ moꝛtale coꝛp⁹ in magna gloꝛia clarificatū aſſumpſit. Matutinū dictū eſt. quaſi manu pꝛimitiuū.qđ tempus īnumeris locis.ad reſurrectōnē domini cōſtat aptatum.

a C De⁹ ſermo grecus eſt. ꝛ interpꝛetat̄ timoꝛ.vnde xp̄c quaſi vicina paſſione ꝑmotus ex hūanitate clamat.reſpice in me.depꝛecanſ ſibi celerrimū auxiliū reſurrectiōis.

